

Chrysoprasius porri succum & ipsa refes-  
rente, sed & paulum declinans a Topazio  
in aurum. Huic & amplitudo ea est, ut cym-  
bia etiam ex ea siant. Cylindri quidem ce-  
lerrime, India has generat & Nilion, fulgo-  
ris si ante habeas breuis, & cum intueare  
fallacis. Sudines uero dicit & in Syuero at Syueru  
tice flumine nasci. Est autem color sumis-  
de Topazii, aut aliquando melleus. Iuba in  
Æthiopia gigni tradit, & in littoribus am-  
nis quem Nilium uocauimus, & inde nos-  
men trahere. Non translucet Molochites Molochi.  
spissius uirens, a colore maluæ nomine ac-  
cepto. reddendis laudata signis, et infantium  
custodia quadam innato contra pericula  
ipsorum medicamine. Virei. & sepe trans-  
lucet iaspis etiam si uictus a multis anti-qui-  
atis tamen gloriam retinens. Plurimæ fe-  
runt eam gentes Smaragdo similem indi-  
ce. Cyprij dicunt glaucum pingue mæ. Per  
se aeris similem ob id uocatur aerizusa talis  
Et iaspis est cerulea circa Thermodoitem  
annem. In Phrygia purpurea. In Cappa-  
docia ex purpurea cerulea, atq; non resul-  
gens Thracia indicæ similem mittit Chalci-  
dia turbidam. Sed minus refert nationes q  
bonitates distinguere. Optima ergo que  
purpureæ quicq; habet, secunda querose,

G tertia